



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicoꝝ, 1607**

S. Ioannes Chozebita. Sev Chvzvbita Episcopvs Cæsareæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

ANNOT. AD SSS. BAS. GREG. 27.

celebratur 9. Maij. In Græca 19. Ian. & 25. eiusdem  
Ita Menologium, & constitutio Emmanuelis Im-  
perat. tit. de Ferijs.

Chrysoftomum XXVII. ] Martyrol. Lati-  
na eodem die. plura C. Baronius.

Oportuisset Christum redire ] Ita in gestis  
S. Dominici à Theodorico scriptis, mundo Chri-  
stus præsens exitium legitur minitatus, sed per suã  
Dei matrem placatus. vide & S. Francisci vitam,  
& Cæsarium lib. 12. c. 58. Et lib 7 cap. 2. de imagine  
B. V. sudante. Ceterum huic gemina legitur histo-  
ria, de quibusdam certantibus an S. I. Baptista ma-  
ior esset S. Ioanne Euangelista. Vide orationem  
in hos tres heroes Philothei Patriarchæ Constan-  
tinopolitani nuper Græcè & latinè, per nostrum  
Iacobum Pontanum editam, ac Philippi Solitarij  
Dioptræ adiunctam, in qua primum generatim  
omnes, dein speciatim singuli laudantur.

Cap. 12. l. 2.  
1. & lib. 20.  
c. 1.

S. IOANNES CHOZE-  
BITA. SEV CHVZVBITA EPI-  
SCOPVS CÆSARÆÆ.

Iustino Im-  
perante  
a. 8.  
A. Ch. 525,  
3. Octob.

IOannes hic noster S. Pater Thebis in Ae-  
gypto natus, cum religiosam ab auo ve-  
stem indutus, se cuidam seniori cõmisisset,  
Hierosolymam adiit, sancta veneraturus lo-  
ca, reuersusq; ad auum, seni adhefit. Dein  
egressus cœnobium, reperto in ardua & in-  
clementi rupe, antro, ibi sedem fixit, glan-  
dibusq; vitam tolerauit. Huius cum Deus  
virtutem mortalibus vellet spectandã pro-  
ponere,

ponere.

ponere, ita declarauit. Ananias quispiam eximius in Christo palæstrita, passimq; celebratus non procul inde degebat, ad quem cum præpotentis cuiusdã filius à malo dæmone & impuro spiritu infessus, adductus esset, ab hoc non est receptus, sed ex animi demissione illius horratu ad interiorem solitudinem, vbi Ioannes hic Aegyptius agebat, dimissus, vt Ioannem inuestigaret: ad quem vbi, qui missi fuerant, peruenerunt, causam aduentus sui illi exposuerunt, qui primum nullis precibus adduci potuit, vt precando spiritum impurum pelleret: tandem fatigatus ab illis, cœpit precari, versusq; ad dæmonem: impure dæmon, inquit, in nomine Iesu Christi, non ego, sed Ananias ille Dei seruus imperat tibi, vt à puero hoc exeas. Hoc cum impurus spiritus à S. viro audisset, exijt, puerq; sanus ac integer est redditus. Quod vbi fama longè lateq; distulit, quamuis recusans, coactus est Cæsareæ pontificatum suscipere. Enimvero cum sibi nullam quietem & religiosæ vitæ partem concedi videret, deserto episcopatu redijt in eremum. Sed enim nouit agricola thesaurum, qui puellam deterrimo spiritu occupatum & vexatū sportulæ imposuit, herbisq; tectum ad viti sancti fenestram suspēdit ac se subduxit. Eiulatu pueri excitus vir

sanctus

6v xlv

sanctus, vidit intellexitq; puerum ab impuro spiritu vexari, quem mox pulso dæmone curauit: sed pulsus in exilium dæmon haud quieuit; hominis enim e mentitus formam, viro sancto in præruptis reperto, ad pedes veluti sanctam ab illo precationem petiturus accidit; quo spectaculo Dei famulus repente percussus, pedibus à dæmone conuolutis, inuerso corpore in extremam & altissimam rupis vallem & hiatum in caput deuoluitur. Sed nihil inde precij tulit nefarius parricida; innoxium enim cælestis gratia virum sanctum præstitit. Deinde (idē hostis mortalium) latronē in eum immisit, à quo nunc pulsabatur, nunc vestibus spoliabatur, nunc eius casa exurebatur. Cum inter hæc omnia vir sanctus hoc vnum diceret. Si tibi domine hæc ita visa, laudo, gratiasque ago. Audiuit é cælo Dominus, comprehensio enim per magistratum latrone, dirâq; morte animâ à corpore conuulsâ, seruus Dei non mediocriter est releuatus. Sed neque sic quietuit perditus veterator, cuniculos contra illum agendo (& fossam in quam caderet fodiendo.) Etenim cum vit sanctus fratrum domicilia & cœnobia reuifendi causa obiret, muliercula in transitu viro sancto occurrens, illiusq; vestigia secuta, obnixè rogauit, vti ne dedignaretur

retur

retur ad se diuertere, quo ædes suæ ab eius ingressu aliquid sanctimonix traherent. Cessit precibus vir sanctus, atque domum foeminae est ingressus, quæ statim occlusis ianuis torum corpus nudauit, eaque impudentissima & impurissima fecit, quæ pudor vetat proloqui, conata intemeratum virum inquirare. Sed ferreus ille, cacodæmonis ignitabulum strauit, repudiauit, innoxiusque euasit. Hic idem beatus Ioannes, cum accepisset de \* Marciano quodam passim apud omnes fama celebrato, egregio athleta Christi, eius videndi desiderio miro flagrabat. Sed quia pedes vinculis ita strinxerat, uti è spelæo egredi non posset, etiamsi vltima cogeret necessitas, cum seipsum pedicis induisset, exuere eas aut rumpere haud potuit. Hic, ô qualis prouidentia numinis, omnia contemplatis, præter opinionem succurrit: Angelus enim Marcianum è sua cella raptum, sublimemq; in Ioannis specum, sine sonitu delatum posuit, vbi congressi ambo, mutuumq; complexi, cœlesti inter se colloquio ad satietatem pasti sunt. Ioannem Deo iam ad extremum gratias agere instituente atque in hunc modum occipiente: Laus Deo sancto, qui me aspectu desideratissimi mihi Marciani est dignatus, repente Marciano per angelum ex oculis

\* Lege Me  
 vna 2. No-  
 uemb.

lis Ioannis subtrahito, Ioannes miris agitari modis curarum cœpit, ancipiti cogitatione distractus, atque diu cum animo suo luctatus, tandem ruptis (diuinitus) vinculis viam ad S. Marcianum arripit, defixus admiratione miraculi, & magnitudine facti percussus, existimabat rem totam nil nisi vanam oculorum illusionem & phantasma fuisse. Vt ergo egressus est, audit nominatim se à S. Marciano appellari, à quo cum beatus Ioannes didicisset modum, (quo ab angelo deductus esset ad eum,) elatus lætitia Ioannes, toto pectore gestiebat gaudio. Rursum ergo cum inter se consalutassent, Deoque gratias persoluissent, Ioannes in antrum suum reuersus est. Sed quid multis opus: hic Ioannes, & dæmones ex non paucis multos eiecit, morbosque immedicabiles curauit, aquas multis in locis precipibus elicuit, imbres è cœlo sæpe votis impetravit, aliaque id genus multa miracula per hunc Deus perpetravit, qui tandem beatam sanctamque animam, bona prouectus ætate in pace exhalauit.

## ANNOTATIONES.

**I**N Marciani vitâ, quæ secundo Nouembris legitur, nulla huius Ioannis mentio est. In Menologio non omittitur. Euagrius lib. 4. Eccles. hist. c. 7. hunc à miraculo celebrat in hæc verba. *Claruit eodem tempore cum Zosima Ioannes quidam in Lauris*  
*Chus-*

*Chuzubena* paribus virtutibus insignis (is locus autem in extremitate Vallis ad septentrionalem via publica partem situs est, qua Hierosolymis venientes Hierichunta ducit.) qui monasticam & pauperem vitam exercens dicta civitatis Casarea, Episcopatum procurabat. Hic Ioannes Chuzubita cum uxorem supradicti Arcesilai altero oculo, fragmento quodam excusso, priuatam esse audisset, cursu ad illam contendit, visurus quid illi accidisset incommodi. Ut itaque pupillam oculi deficientem, oculumque ipsum profusus profluentem vidit, cuidam qui medicos affectabatur, praecipit, ut spongiam, adferret, & quod ex oculo promanabat cohiberet, sicuti posset, ac spongiam oculo admodum fasciis alligaret, atque id fiebat Arcesilao absente, erat enim cum Zosima in illius phrontisterio, quod Sindendorum civitati adiacet, a Casarea distante studijs circiter quingentis. Cursores itaque ad Arcesilium excurrunt, qui ista nunciarent. Sedebat autem ille apud Zosimam & cum eo sermocinabatur. Qui ubi quid accidisset, cognovit, admodum eiulavit, capillosque diuulsos ac discerptos sursum in caelum subuexit. Interroganti autem Zosima ploratus causam exposuit, simul gemitibus, ac densis lacrymis lamentans. Relicto eo Zosimas, ad interiora cellula cuiusdam sese recipit, ibique ad Deum, ut tales solent, interpellat. Post aliquanto progressus, placideque subridens, ad Arcesilium manu ex animo sublata dixit, abi cum gaudio, abi gratia data est Chuzubita. Curata est uxor tua, ambos oculos habet. Nihil potuit illi casus iste adimere, sic volente Chuzubita: quod & utroque iusto, in eadem re miraculose operante factum est. Haec Euagrius de nostro Chuzubita. Arcesilaus porro vir nobilis & patricius prudensque omnia dignitatum ornamenta erat consecutus, ut eodem cap. Euagrius tradit. His miriora refert Sophroni-

COSMÆ MONACHI VISIO 33

us in prato spiritali cap. 14 & 15. à quo appellatur Ioannes Abbas presbyter, postea Cæsareæ Palestinæ Episcopus. vnde videtur colligi præcedens caput de senè Cuzibino ad hunc non pertinere.

III. Nonas Octob.

COSMÆ MONACHI 5. Octob.  
TREMENDA VISIO.

Tertio decimo anno Romani Imperatoris, qui admodum religiosè & piè rem Romanam administrabat, vir quispiam erat Constantinopoli regia vrbe, Alexandro, qui paulò ante imperitarat, à cubiculo, ipsique Imperatori ex officio per familiaris. Hic aula relicta monachum induit; mox canobio ad Sangarim fluuiũ præfectus: post aliquot annorũ decursum, graui morbo correptus, diu admodum eo detinebatur. Ergo quinto iam mense, quo laborare cœperat, peracto, circa \* tertiam diei horam, sibi aliquantulum restitutus, in lectulo resedit, vtrinque à ministris inter bracchia gestatus. Sed dum sederet, subitò mente à sensibus auocata, à tertia ad nonam vsq; in eo mentis excessu permansit, oculis in laquearia defixis, ore submurmurans semiplena, inarticulata, & quæ omninò intelligi nõ possent, verba. Circa sextam, quasi medio raptus tempore, paululum in se reuersus à circum-

\* Hac est nona apud nos.

C                      stantibus